

Petrus Tomiczki episcopus Cracoviensis regni Polonia vicecancellarius, proconsulibus et consulibus Elbingensibus.

156

Sancti domini amici nostri dilecti. Petiistis nos per literas vestras, ut in negotiis, de quibus ad regiam maiestatem scripsistis, vos iuvaremus. Feimus id non gravatim, obtinuimusque à sua maiestate tantum, quantum hoc difficillimo tempore obtineri potuit, prout hæc ex literis sue maiestatis plenius intellegitis. Insuper dedimus et cum presentibus mittimus literas ad illustrem dominum ducem in Prussia, ut homines proscriptos è civitate Danensi et Elbingensi, in terris suis non foveat, et alias literas ad dominum episcopum Warmiensem, ut permittere velit, quo subditi sui cum mercibus Gedanum versus proficiscentes, apud vos se sistant ad triduum, et mercas suas venales exponant. Quod etiam attinet ad monachos et moniales sanctæ Brigittæ conventus Gedanensis; dedimus literas ad reverendissimum dominum episcopum Vladislaviensem, et magistratum Gedanensem, prout optastis, et eas cum presentibus mittimus. Datum

